

## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Cap. V. Tentationes industriam acuunt, & fervorem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

fruis ipse vestibus parcere, quod penitus posset suorum in se animum inspicere. Nam subinde cum placidum rivum transire, illum expeditus junctis pedibus infilii hoc hortatu: Qui me amat, me sequitur parili saltu. Hic diversum oris habitum in famulis erat videre. Hi alios, num præcent circumspicere; illi promptissime sequi, & mox eodem infilire, alii aliquantulum cunctari, & vesti velle parceret; illi ridere & domino applaudere, illi contractiore vultu hunc lusum ægius ferre. Planè illis tentatio fuit. Ita de singulorum indole ad aquas suæpunctum est experimentum. Servator Noster Christus habuit inventus ut homo, ductus est in desertum à Spiritu, ut tentaretur à diabolo. Non enim habemus Pontificem qui non posse compati infirmitatibus nostris; tentatum autem per omnia proximitudine absque peccato. Ita tentationum aquas infiliens clamat: Amici mei me sequuntur: Qui vult venire post me, abneget semeipsum. Vis esse amicus Christi? Vesti tua, corpori tuo ne parce, fidem serva; in tentatione possit te amicus hic tuus. In reliquo reposita est tibi fidem servanti corona justicia. Nam vitam illam expectamus quam Deus datus est his qui fidem suam nunquam mutant ab eo.

## CAPUT V.

## Tentationes industriam aciunt &amp; fervorem.

**A**quila, quod Ulysses Aldrovandus annotat, subinde pullos permittit leniter cadere, ut tanto promptius in alas se librate discant. Interim Mater sollicita cum errant pulli & cadunt, mox adeat, & alii sublevat portatque. Ita Deus cum suis amantissimè agit, labecos & cadere permitit, ut quos humana imbecillitas deject, divina erigat potentia. De seipso rex David: impulsi, inquit, eversus sum ut caderem: & Dominus suscepit me. En pullum aquilinum subopere ingenio cadentem, sed maternæ opere surgentem.

Petrus Christi discipulus inambulabat aquis, Magister eum mergi aliquantulum sinebat. Mox ille suppetias inclamans: Domine, inquit, salvum me fac. Et continuo Jesu extendens manum, apprehendit eum, & ait illi: Modice fides, quare dubitas? Vide mi Petre, per aquas gradis, nondum plenè didicisti: absque me fuisset, in imum traxissent te aquæ.

Ita labi, cadere, mergi, impingere, quod in tentationibus solet fieri, nonnunquam valde conductit. Causa cautiorem facit & attentioriem. Tentatio ad agendum stimulat, industrium & ferventem efficit, quod capite isto explicandum.

## §. I.

**I**ndustriam & fervorem non raro ingerit tentatio. Unde Baravis, Belgis, aliisque Germanis tot tamque exercitati milites? Ab assiduis bellis, quæ modò Pannonia, modò Gallias, modò Italianam involvunt. Mars inquietus & vagus jam istud, jam aliud regnum occupat. Hinc Europa magnam partem ab annis pluribus armata militandi artes excellenter didicit: utinam & militarem disciplinam diceret. Carthago æmula Romæ, populo Romano plurimum negotii facessivit. Hinc quæstio illa in senatu sepius ventilata, Num Carthago penitus evertenda? Plurimi ajebant evertendam, & una tot bellorum seriem tollendam. Negabant alii hoc ullo modo committendum, ut juventuti Romanæ nobilissima virtus & armorum exercitatio non subtraheretur. Quâ in re primarii duo senatores Cato & Scipio Nasica pugnantibus sententiis collectabantur. Cato infida pacis metu aboleri Carthaginem volebat. Nasica militiae gerendæ peritissimus non excedendam jucicabat ut illius metu cohiberentur vitia, mores optimi

Tom. II.

A propagarentur. Nam ea delecta, inquietabat a continuo armorum usu ad otium & delicias disfluens. Rebus adversis certius efflorescit virtus, quam secundis. Sed Cato cum suis præpolluit sententiâ; Carthago est everfa. Sed magno Romæ detrimenlo. Hinc Q. Metellus devictâ jam Carthaginæ reveravit in Curiâ: Nescire, se illa victoria boni ne plus an mali attulisset. Quoniam ut pacem restituendo profueret, ita Annibalem submovendo, non nihil nocuisset. Eas enim transitu in Italiam, dormientem jam populi Romani virtutem excitataam, meruique debere ne acræculo liberata in eundem somnum revolueretur. Tentatio, velut Annibal, dormientes excitat, somnum pellit, ad laborem & opus instigat. Ita Deus Israëlis populum crebrimis bellis & ad labores excitat, & ad laborem & opus instigat. Ita tempes fragoribus & fulguris noctem exterrens ad vigilandum & grandum vigilias & preces impellit.

De Judâ Israëlis Principe annales Judicium narrant: *Judic. cap. 1. v. 19.* Fuitq; Dominus cum Iuda & possedit montana; ne potuit delere habitatores valis, quia falcati curribus abundabant. Res mira: multis & illustribus victoriis mortes in suam potestatem Hebreus populus redigit, cur expugnare valles nequivit? Falcati curribus, dices, abundarunt. Esto. Sed poruissit Deus facilè hoc armorum genus aut subducere aut euvenerare. Sed valium incolas vinci noluit, ut per eos populum suum identidem exercefaceret. Cur oportet esse hæres? Ut per Antiperistastin istam à frigore augmentum accipiat calor. Ita tentationes in Tentatio via virtutis impedimento non sunt, sed incitamento; queinadmodum flagella, virge, calcaria non sunt ad equum conficiendum, sed ad equi cursum promovenendum. Et sicut his stimulis nonnunquam equus etiam citatus, ita homo etiam probus tentamentis eget acutæ industrie. Et qui rarus oret & vagus, stipiti eroget prorsus exiles, in eandem nullam toleret, hostis jejuni, suas undecunque oblectatiunculas avide aucepatur. Huncrepente vehemens invadit tentatio, subito probat illum Deus. At ille in arcto deprehensus opem circumspicit, crebrus orat, liberalius stipem erogat, frequenter jejunat; ed facit omnia, ut à tentatione libertetur. Ita Deus à malis debitoribus officium Christiani hominis suaviter extorquet.

In patre & filio Regulus hoc luculentissimum. Rex David Salomonis pars aliud ex alio bellum est orsus. Hostes habuit Ammonitas, Moabitæ, Philistæos, Amalecitas, ipsum etiam filium Absalonem expertus est rebelle: vix unquam rex David toto imperii tempore clausit armamentaria, & tamen ærarium regium inter assidua bella incredibiliter ditavit, thesauros maximos saargenti, auri, & gemmarum Salomoni filio reliquit; ita ximos Salomonis quod mireris, Rex potentissimus atque diutissimus gerendis bellis est effectus. At vero filius Salomon, quod lio reliquit, Regum facti dicunt, obtinebat omnem Regionem, qua erat quæ Reg. c. 4. trans flumen quasi à Taphia usque ad Gazam, & cunctos Reges v. 24. & 25. illarum regionum; & habebat pacem ex omni parte in circuitu. Habitabatque Iuda & Israël absque timore ullo, unusquisque sub vite sua, & sub sicu sua, à Dan usque Bersabee, cunctis diebus Salomonis. Omnes ferè populi Salomonis erant tributari. Navigationem insuper in Tharsis argenti & aurum feracissimam quo annis expedivit. In tantâ rerum tranquillitate, inter has atque segetes, inter opes plane immensas demum depauperatus ærarii fundum rasit, quilitate ita quidem ut suos cives ac subditos emungere, tributa depauperatio graviora imponere, pecunias undique corradere ratus est. Coepit. Unde, obsecro, haec ærarii labes? Pax ipsa, & in pace luxus Salomonem depauperavit. Requiem dederat; Reg. c. 5. ei Deus per circuitum: & non erat satan neque occursus malus. Hinc omnia in aula luxum, in gynæcæ delicias expensa. Tandem reverâ tot auri fontes in egestatem exaruerunt. Videte, obsecro, Regem David ditarunt bella. Pax &

M m m 3

rerum

terum omnium abundantia Salomonem depauperant. Ita prorsus tentationes & pugnæ ditant innumeros, quos ferventes reddunt & industrios. Pax alios & otium ad miseriā, paupertatem animi derudunt.

## §. II.

**T**estudines, Cheles, Musica & Pneumatica Organæ, æratarum fidam instrumenta, si diu ferrirentur, fides remittunt & corrumpuntur; vestes si non uti-  
perant, à tineis consumuntur, stagnantes aquæ ranas &  
hoc genus piscium progenerant; ager quem aratrum  
non inveret, solio & spinis exuberat; homo per tenta-  
tiones non exercitatus, ob languorem noxiū malis  
moribus & vitiis abundat.

Plutarch.  
parte i. in  
Laconia,  
mibi p. 393.

Cleomenes Rex Spartanus Anaxandridæ filius, Plu-  
tarcho teste, interrogatus, cur Argivos victor, non de-  
litteret? Ne delit, aiebat, qui juvenes nostros exerceant.  
Noluerunt enim Spartani à suo rege urbem licet mole-  
stissimam excindi, ne cos acuenda in bella juventuti eri-  
peretur.

Psal. 118.  
v. 28.

Cum equi jugales & vectarii lassescere incipiunt, &  
lenius progrederi, auriga concutit habendas, & infonat  
flagello, mox illicelerius incedunt, & tandem auriga eis  
nihil nocuit, in aëre duntaxat plausum fecit. Nos iden-  
tidem, quod fatemur, velut jumenta pigræ lassescimus.

Rex David de seipso: *Dormitavit anima mea*, inquit, *pro-  
tatio, confirmame in verbis tuis*. Mi Deus, excita me; tu  
es auriga meus. Ergo adest Deus & facultates, au-  
tætudinem, aut dignitates, aut homines charos adimit.  
Hæc valde sentimus; gravis tentatio. Sed quid indigna-  
ris, ò jumentum plaustrum? haec animo non nocent  
ni si impatiunt; haec somnam pellunt, haec industria-  
m accidunt, haec jubent celerare gressum.

Superioribus annis pluribus Europa & illæ Germania  
dormitavit præedio; capone magis, quam tem-  
pla frequentabantur: comprecationes in templis rarae;  
comportationes in tabernis quotidianæ, & quæ inde  
scelerum lues sequi consuevit, per omnes ubique urbes  
grassabatur: Bacchus & Venus latissimè imperabant;  
corruptela motum maxima passim irroborebat. Tandem  
Deus hunc ævum lethargum disipsulurus Anno Christiano 1617. horribilem cometam, velut virgas\* ad fe-  
nestram cali affixit. Inde bella, horrida bella: Inferior  
& Superior Germania omnis bellorum incendiis mi-  
seriæ deformata: exusta etæta, vastati agri, exhausta  
ægraria. Nulla definiri malorum facies per annos viginti  
& plures. Bellicæ tentationes istæ plurimum afflxer-  
unt. Sed oculos & animum erigamus in celum, ita  
Deus militaris his fragoribus, dormitantes præ  
edio excitare consuevit. Tami gravis sopor pilis plum-  
beis, venatoriis fistulis, tormentis æneis erat pellendum.  
Profectò vigilare cepit aliquantulum Germania. Hinc  
publicæ comprecationes, cum decem, tam quadriga-  
ta horarum roties repetitæ, quibusdam locis pæne quo-  
tidianæ hinc largiores aliquorum eleemosynæ, hinc  
crebriora jejunia, hinc vestium & conviviorum luxus  
alicubi, volentibus nolentibus nobis, repressus. Nam fa-  
culturibus valde jam accisis negat crumenæ nummos  
superfluis, cum defint etiam necessariis. Nimurum jam  
strictius philosophari jubeor: quod dixisse ferant  
Platonem, cum audisset sua omnia naufragio periisse.  
Vir nobilissimus in Bavariâ unâ & litteris excultissimus  
novam suæ mensæ sobrietatem subridendo commo-  
morans: Ante hos annos, inquit, mensam habui ferina  
carnis & altitum omni genere oppletam, flore Liberi  
coronatam. Nunc verò præter juculam & catnem  
vaccinam acidamque cerevisiam nec prandium nec ce-  
na quidquam apponit: Nunc certè strictius philosopha-  
ri jubeor. His tamen tam strictis menæ legibus magis  
quam antea sospes & sanus ago.

Dixit hoc in  
mensâ pu-  
blicâ Amo-  
1634. die  
21. Augus.

A Ita bellicæ tentationes tot præcedentium annorum, non tantum sobrios sed industrios ac laboris toleran-  
tes fecerunt. Gratias agamus temptationibus, que licet  
diuturnæ videantur, sive tamen brevissimæ: modicum i. Per  
nunc si oportet contrastari in variis temptationibus.

S. III.

**T**heodoretus varias sanctorum hominum pugnas *Theodoretus*  
percentens, demum de viro sanctissimo, luctatore *Reprobus*,  
propterea magno sermonem instituens: Jacobus, inquit,  
Maronis discipulus, tugurio & murorū tegumento *mibi p. 393.*  
hisque omnibus valere jussis, pro teato calum habuit, Jacobus  
omnes ætis injurias palliis: jam solaribus radiis exustus, contra  
jam nimbis perfusus, jam nive ac glacie operitus: que boli tem-  
omnia ita fortiter & constanter perfrulit, ac si corpore *gra.*  
non suo uteretur. Nec ramen temptationis demonis *gra.*  
evasit, et si maximis rigoribus carnem domater. Ali-  
menti calidi nil unquam admisit. Tres saepe dies tor-  
B démque noctes ita regebatur nubibus ut glaciaretur,  
nec tamen orare desisteret. Saepè ligonibus è nive ac gla-  
cie vicini eum eruerunt. Semel duntaxat, idque velpe-  
ri corpus recedit; lens malefacta pro totâ ei cenâ fuit.  
Tam peccus, quam tergum catenis ferreis decussatum  
constrinxit; collum insuper & lumbos circulo ferre li-  
gates semper in ipso etiam morbo habuit. Quod Theo-  
doretus ipse vidit & contrebat, & viro in leipsum  
rigidissimo ægri persuadere potuit, ut tanisper in fe-  
bri ferreum illud multorum talentorum onus lepone-  
ret. Nunc quidem, ô pater, aiebat Theodoretus, fe-  
bris officio ferrifungitur; cum ea vero remiserit, tunc  
rufus suum corpori laborem ex ferro imponemus.  
His demum precibus ægrotum flexit. Ter quartæ illum  
diabolus diuturnâ prorsus siti afflixit. Cum enim  
unus aliquis soleret bis quavis hebdomade aquam ad-  
ferriri, dæmon Jacobi formam induens à ministro illo  
aquam accepit & effudit. Tandem Jacobus jam pene

C confessus fui, quam diebus quindecim sine omni potu  
toleraverat, quefuit è socio, Cùr aquam tam diu non  
rufist? Ego vero, inquietabat iste, semper eam attuli, &  
tu obvius, à me confutum potum accepisti. Hic Ca-  
codæmonis fraudes patuerunt. Nec tamen sanctissi-  
mum virum tentare desit veterator. Nam nocte quæ-  
dam vociferatus alium: Ego, inquit, iis te sororibus  
opples & tantum infamia inuram, ut nemo te vel  
oculo dignaturus sit. Cui Jacobus promptè: Ego vero,  
inquit, gratias tibi agam, quia in tuum inimicum bene-  
ficiis, hoc unum efficiens, ut Dei ardentiū meminerim.  
Quò enim mihi plus otii fuerit, hoc magis in divinâ  
puichritudine contemplandâ occupari potero. Paucis  
post diebus vix sunt duæ mulieres è monte descendere,  
quas Jacobus ad insolitum aspectum expavescens  
lapidibus infæcti staruerat, sed minarum quas noctu  
audierat, memor: Haec est, aiebat secum, illa infamia  
infernalis colubri. Ego autem nec quidem movebo me,  
sed Deum deprecabor. Dixit, & illæ ambulantes femi-  
næ evanuerunt. Sed needium ulla tentationum inducit.  
Omnia molitus est dæmon, ut vel saltum turbaret viti  
preces, si propositum mutare non posset. Hinc vari  
noctu terrores & incredibilis saepe inquietus objecta. Au-  
diabantur nonnunquam currus & vehicula transuentia,  
aurigarum clamores, hinnitus equorum, pedestris tur-  
ba itrepitus, risantiam tumultus, mulierum ululatus,  
imminentium latronum excursus. Sed irrita fuerunt  
haec omnia tentatoris terriculamenta. Nec tamen de-  
sistit tentare. Ita floridissimi juvenis formam induit;  
decora casarie, eleganti vultu, ore subridente Jacobum  
adit. At vit sanctæ jam notas fraudes perfidiebas:  
Quomodo, inquit, maligna vulpes terram obis & om-  
nes homines quis temptationibus sollicitas? Cui dæmon:  
Non solus, ait, hoc ago; multi sumus, qui & ludimus,  
& in seruum ludos vertimus. Huic denuo Jacobus: Abi,  
ai,

ait, imperante Domino JESV, & notum tibi hospitium porcos subi. Non tulit Christi Nomen speciosa larva, & in auras abiit.

His scelis artibus miserrimi cacodæmones tenent, hoc eorum est negotiorum, tentare. Quod infra demonstrabimus, de Tentatione locuturi.

Nos sedulios opifices æmulemur, cum eos varijs exercet labor, cum vestiendi aut calceandi exigunt quæ facienda conduxerunt: Ergo, ait Magister, laboremus & fatigamus. Ad forens expectat lucrum, certè ad nos ingressurum, si forens pandat labor. Amici desideria & mora non sunt fugandi. Ergo ciuitas surgendum, ad lectum scrius redeundum. Noctes utrinque multilata longos faciunt dies. Agamus socii, agamus. Non deambulandi, non oriandi, non potandi, sed laborandi & lucrandi jam tempus est. Ita sua senio providebimus solatia.

En mechanicum ingenium, si quidem frugi sit, in rem suam tam catum est, ut opportunitatem augenda pecuniose non finat elabi vacuam. Ita proflus cum maxime quis tentatur, ipse sibi dicat: Age age, jam attenuis & crebris orandum, exteriore fenus custodiendi ciuitatis, plus stipis largiendum, parcii prandendum, subinde cenâ abstinentiam. Nec enim abit tentador cerberus, dum macellum patet. Vigiliis, abstinentia, precibus hic canis Stygius fugatur. Ergo Deum rotis brachis, & quam arctissime potes, completere. Nulla tibi tentatio, nulla nocibit adversitas, ut Ecclesia canit, si nulla tibi dominetur iniquitas. Nunc animis opus; aude aliquid cælo dignum. Non spectatore tamum, sed & auxiliatorem habes Dominum JESV. Pontificem tentatum per omnia. Hunc intuere in deserro efflentem, in oliveto precentem, in pretorio spitis, flagris, spinis opertum, in clivo Golgotha linguis, lannis, clavis confixum, pro te mortuum. Quid tu pro illo? Si crux tuo corpore vestire non potes, eam saltant patienter porta. Resistre diabolu, & fugies a te. Si pugnare non vis, premium non amas, calum odisti. Quid trepidas? Solus non es; Dominus JESV tecum est, ut pugnantem juvet, ut vincentem coronet. Viciisti, si audes & velis vincere. Omnia, vel maxima quæque mala diligentibus Deum cooperantur in bonum.

Hæc omnium validissima est cohortatio quæ se ipsum quisque ad virtutem concitat. Sibi ipse quilibet potensissimus virtutis suus est.

## CAPUT VI.

## Tentationes animum emaculant &amp; Sapientiam docent.

Multa sunt aromata, quibus sine omni detrimen-  
to vita carere possumus. Et quanti sine pipere ac  
gingibere, sine croco, cariophyllo, cinnamo sine mace  
& unguentaria nuce, sine omni peregrino aromate vi-  
tam agunt commendissime. Has merces Germani è ter-  
ris alio sole calentibus apportant. Sine aromaticis Germa-  
nico, sine sale difficultissimum est vivere. Sal non tantum  
panibus pinfendis, sed omnibus pane cibis coquendis  
admitetur. Nec tantum cibis, sed & aliis que paran-  
tur in cibos, sal adhibetur. Carnes bubulas, ceruinæ,  
aprugas, pisces, & quidquid ejusmodi eduliorum  
est, diutius servare non licet, nisi sale aut fumo duren-  
tur. Butyrum diuturniori usui servandum, prius est sa-  
liendum. Mensa sine sale profana, culina sine sale pau-  
perimma, nulla est. Hinc Origenes: *Sicut caro, inquit, si*  
*sale non aspergatur, quamvis sit precipua, corruptitur: ita &*  
*animæ nisi tentationibus asiduis saliatur continuo resolutur*  
*& relaxatur. Caro sale non confersa corruptitur, ani-*  
*mus tentatione non duratus contabescit. Quod divus*  
*Leo affligerans: Nulla sunt, inquit, sine tentationum expe-*

rimenis opera virtus; nulla sine perturbationibus fides, nullum sine hoste certamen, nulla sine congregione victoria. Tentatio hominem ab ignavia tabe conservat, tentatio purgat, tentatio prudentia donat, sapientem efficit. Quod jam explicatius diceendum.

## S. I.

Tentatio delictorum sordes expurgat, prudentiam & sapientiam ingenerat. Quod Hebreus psalmes testatus: *Igne nos examinasti, ait, sicut examinatur argen-*  
*trum. Valde quidem urit, o Domine, tua fornax, sed istud*  
*est solatio; sicut nobilioris nota metallæ ex igne pro-*  
*deum formosiora, ita nos tentatione purgamus & re-*  
*coquimus, excusâ scorpiæ prodit argenteum purum, au-*  
*rum excoctum. Quod Zacharias predicens: Vram eos, Zech. v. 13.*  
*inquit, fluit uritur argenteum, & probabo eos sicut proba-*  
*tur aurum. Annis superioribus usit Dominus Germani-*  
Bnam fame, bellis, pesti. Illud tamen solutus omnem publicam & privatam calamitatem: Deus autem per-

tissimus scit quid faciat, nec ulla sibi leges figi patitur; argenteum suum, quamdiu vult, excoquit & purgat, id-  
que argenti bono. Nam addit Zacharias: *Ipsæ vocabit no-*  
*men meum, & ego exaudiā eum. Sed sum, qui queran-*  
*tur: Vocamus, ajunt, sed non audiūr. O male queruli!* Nemo istud cogitet. Non audiūr, ait Augustinus, ad  
vilitatem, sed audiūr ad sanitatem. Eramus, quis enim  
negret, argenteum rude, impurum; hoc ergo tuit exco-  
quendum. Quod Ifatias dixit: *Convertam manum meam 1sa. cap. 1.*  
ad te, & excoquam ad parum scorpiæ tuam, & auferam onne v. 25.  
scorpiæ tuam. Res mira, non omnia mollit ignis. Cera  
quidem in igne liquefit, diffusus metalla, limus dure-  
scit. Maronis metrum est:

*Limus ut hic ducet, & hac ut cera liquefit;*

*Vno eodem igne igni.*

*Virgil. ecto-*  
*gas.*

Sunt qui tentatione efferationes fiant & pertinaciores, divina negligant, Deum precari desinant, cæli surditatem accusent & impie dicant: Quantumvis diu mul-  
tumque orei, nihil tamen efficio; ferreum est cælum hominis  
atque inexorabile; Labori ergo parcam. Quid enim fru-  
stra clamam si non audiār? Eni lumen graviter indu-  
ratum. At vero probi dolore animi conquescent in ipsas quandoque lacrymas. Metallum probum, argentum  
purum. Tentatio, inquit Augustinus, tempestas est, ex quâ  
hic emergit, ille dissipatur. Itaëlis populus per mare me-  
diuum viam transiendi reperit spacioissimam; rex Pha-  
rao cum suis in eodem mari vado submersus est, Noë-  
mus cum suis in diluvio super omnia montium cacumi-  
na in sublime per arcane revectus est, reliqua omnis tur-  
ba in aquis perire. Tentationes ita quosdam purgant, ut  
ii ad Deum, ad celestia & divina ardentiū ferantur. Hos  
inundantes aquæ in altum elevant.

Quartana febris, morbus planè admirabilis. Adver-  
sus hunc subinde plurima tentantur, profectu nullo.  
Ægrossus demum liberalissime, & quantum appeten-  
tia lubet, jentare sinistræ, sed à cibo, vel ante illum pro-  
pinatur poculum quod cœcat vomitum. Ita æger cum vomito-  
amplio fenore reddit, quidquid prius ingessit: nam una  
cum cibo glutinosos humores & alii coacta rejicit. Hæc  
hominis sanitas; ita quartana peilitur. Tentatio velut Testatio  
medicata portio, in mens turbas excitat, molestias est portio  
creat, partis nauseam, sed ita purgat; tentatus saepe medicata  
omnem conscientiam in aures fidas exonerat, ita gravi-  
se onere levat. Mare circumflantibus ventis & tem-  
pestate commotum, perinde ut homo naufragi abundus, vo-  
mitat & una plurimum purgamenta rejicit, cœque vo-  
mite seipsum depurat: tentationes velut turbines & tem-  
pestates valde commovent, sed simul sordes diu colle-  
tas ejiciunt.

Joannes Gerosolymitanus vir ad omnem pietatem eruditissi-  
mus: In tentatione hæc solatur, &: *Quamvis, ait, in tentatione quæpiam non*  
*usquequam non* *in tentatione ho-*  
*mo se dñe*

M m 4